Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26327
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mei lassitudine alterius uires superent · & uxoris ut ita dicam
ardentissimi gulæ fortuita libido restringat · Quid autem
sibi uult apls ut ad continentiam cohortetur · si contra natura
est · Quid ipse dns qui eunuchorum precipit uarietates · Certe
apls qui ad castam nos puocat pudicitiam · debet constanter
audire · Cur portas uiretrum opaule · cur a sexu feminarum
barba pilus aliaq; membrorum qualitate distingueris · Tue cur
non intumescunt papille · non dilatantur renes · non pectus
artatur · Vox obsoletior (ab solutior) e · sermo ferocior · hircinus supercilium ·
Frustra hec omia uirorum habes · si complexu non uteris femi
narum · Compellor aliquid loqui & insipiens fieri · sed uos me
ut loqui audeam coegistis · Dns nr atq; saluator qui cum
forma di esset formam serui est dignatus assumere · fac
tus oboediens patri usq; ad mortem & mortem crucis ·
quid necesse erat utrius membris nasceretur · quibus usu
rus non erat · Qui certe ut sexum ostenderet · & iam
circumcisus est · Cur iohannem apstm & baptistam sua
dilectione castrauit · quos uiros nasci fecerat · Qui in xpm
credidimus · xpi sectemur exempla · Et si noueramus
illum iuxta carnem · sed iam nunc non nouimus eum
secdm carnem · Certe in resurrectione eadem erit cor
porum substantia qua nunc utimur · licet auctior
gloria · Nam & saluator intantum ipsum corpus habuit
post inferos in quo & crucifixus e · ut manus pforatas clauus
& lateris uulnus ostenderet · Porro si clausis ingressus est
ostius quod humanorum corporum natura non patit · ergo
& petrum & dnm negabimus uera habuisse corpora · qa
ambulauerunt sup aquis qd contra naturam est ·
In resurrectione mortuorum non nubent neq; nubent ·